MAGNIFICIS, AMPLISSIMIS,
CONSULTISSIMIS, GRAVISSIMIS

# DD. CONSULIBUS & SENATORIBUS REIPUBLICÆ BREMENSIS,

*Dominis, fautoribus ac patronis ſummè colendis.*

QUid ſummum conſequi in rebus humanis cum numine mortalis naturæ captus queat, id in Solomone rege divina Sapientia videtur voluiſſe patefacere. Quo fine autem? Non uno, opinor. Primò enim, quòd, quum rogandi, quæ vellet, optio ei data eſſet, prætermiſſis aliis, ſapientiam à Deo petiit, quò populum ejus rectè ſciret gubernare; quódque ob ſapientiam ſumma in admira-